Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



60

diuini nutus prebibent. de quibus in.c. per uenerabilez.
q.fi. sint legi. et xxvij. q. ij. omne itaq; et xxxij. q. i.
non enim. perseuerantes cum in cade fide et castimonia
usq; ad extremum vite exitum. et sicut in uita vnus spi
ritus et vna caro fuisse noscuntur. ita et morientes
alter ad latus alterius consepeliri voluit. prius tm solen
ni premussa penitencia cum uera cordis contritione. oris
confessione. et operis satisfactione. et omnibus signis
vere penitencie in illis concurrentibus. pectoris scz con
tusione. lacrimarz emissione. et cristi nominis assidua
inuocatione. extremam pariter sacram vnctionem. et
anime comendationem salubriter ac deuote consecuti
more non solum cristianissimi atq; fidelissimi seruii di
sed eciam cuiusq; vtiq; sanctissimi atq; beatissimi. In quo
cuiuslibet obitus die eorz sepulchra a circumuicinis popu
lis singulis annis visitari consueuere. illisq; per mano
canonicorz regularium eius monasterij neuburgensis
in quo consepulti iacent magne et laudabiles elemo
sine singulis aduenientibus distribui hilariter consue
uere. panis vtiq; atq; vini. necnon et carnium si dies il
la in diem quo carnibus uesimur incidit. Mortuus
igitur est pius leopoldus circumuentibus annis dni Mcc
xxvj. die xv. mensis nouembris. Qui sicut cum auctor
hominum in partibus conuersantium gracia et benigno
lencia admirabili semper uiuerat. ita moriens auctos
mestos non mediocriter deseliquit. preamplius; dolo
re non vulgari. plurimoq; luctu patria illa se desolatum
prorsus deputasset. nisi miraculorz decuscacio et plis
magnis virtutibus et gracijs illustrata illi successisset.
Mortuus igitur in domino beatus cristimandus est.
iuxta euangelistam in apocalipsi dicentem. beati mortui
qui in dno moriuntur. et ypocetam psalmo centesimo
decimo. preciosa in conspectu dni mors sanctorz eius.
Impossibile nanq; est beneuiuere et male mori. qz
et si ceciderit iustus deus suppoiet manum suam. et
dicitur vulgo nunq; visum pium hominem male fini
re. et concordat augustinus li. i. de ciui. dei. dicens
mors mala putanda non est. quam bona uita precessit.